

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Antichristus b cum uariis

Gentes iste quas appellat Goc et Magoc, non sic sunt accipiende, tanquam sint aliqui in aliqua parte terrarum barbari constituti, siue quos quidam suspiciant Getas et Magetas propter litteras horum nominum primas. Toto namque orbe terrarum significati sunt isti esse cum dictum est: naciones que sunt in quattuor angulis terre; easque dixit esse Goc et Magoc quorum interpretationem nominum cognouimus esse: Goc tectum, Magoc de tecto, tanquam domus et ipse qui procedit de domo. Gentes ergo sunt in quibus dyabolum intelligimus inclusum et ipse de illis quodammodo sese offerens ut ille sint tectum, ipse de tecto. Si autem utrumque referamus ad gentes, et tectum ipse sunt, quia in eis nunc dyabolus includitur et de tecto ipse erunt quando in apertum odium de operto erupture sunt.

Augustinus XX. de ciuitate Dei capitulo XI.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

sint] sunt V¹ V²; suscipant] suscipantur P V¹ V² L¹ L²; Magetas] Massagetas L²; de tecto] detectam C, de decto P V¹ V² L¹; offerens] efferens L¹ L²; erupture sunt] sunt *om.* C; XX.] X. B, XII. P V¹ V² L¹ L²; Dei *om.* B C; XI.] I. V² L¹ L²